



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Votorum etiam renouationis & reditionis Conscientiae. n. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

tiū dedit Monasterio Anglarum in ea vrbe ordinis S. Benedicti. Statis etiam 1597.  
 temporibus *Garnettum* conueniebat votorum renouandorum, atque red-  
 dendae rationis conscientiae cauſā, quo officio plurimum ſe iuuari affirma-  
 bat: cū enim diuino planē consilio à Sancto Patre nostro *Ignatio* proui-  
 sum ſit, propulsandorum periculorum gratiā quæ in spirituali militia ſunt fructu.  
 plurima, vt nihil eorum quæ aguntur aut cogitantur à lubditis Superiori  
 occultum ſit: feruoris verò inter multiplies diſtractiones conſeruandi stu-  
 dio, ea quæ ad Religiosæ vitæ perfectionem sanctè Deo vouimus, & animo  
 & voce coram testib⁹ bis quotannis repetantur; Hæc à constituta Missione  
 duo ſummo in pretio ſemper habita ſunt, & prudenter vitatis periculis, quæ  
 huiusmodi congressus ſequi ſolent, conſtanter ſunt vſurpatæ. Nec tamen ſem-  
 per ſine diſcrimine congredi licuit. Narrat *Gerardus* le nonum vel decimum Vide de ea  
re Epift.  
 apud *Garnettum* conueniſſe, cūm incidit quæſtio quid quisque ageret-Sotueli l. 5.  
dum cenferet ſi inopinantibus importuni perquisitores ſuperuenirent? n. 19.

Tum *Garnettus*, Ad peractam vñque votorum renouationem, "Ego,  
 inquit, pŕaſtabo ſecuritatem, tum conſulat ſibi quisque vt poterit.) Eā per-  
 acta confeſtim diſcessere aliquot; manfere cum *Gerardo* cæteri die poſtero  
 proſecturi. Vixdum illuxerat, tunduntur acriter portæ, vi conantur irrumpe-  
 re quatuor pefſimi perquisitores; *Robertus Southwellus* operari ſacris occupe-  
 rat; clam ore incondito admonitus exuit ſe ocius vſtibus ſacris, detrahit Alta-  
 riornamenta; libros & apparatum omnium noſtrum qui itineri ſerviebat, ſe  
 cum reliqui, cum duobus etiam Sacerdotibus ſecularibus qui de nocte vene-  
 rant, & alijs duobus Catholicis, abdit ſub terra in ſpecum hiſ euentibus para-  
 tam: Quatuor horas durauit inquiftio, tum pecuniā ad vexationem redi-  
 mendam numeratā diſceditur; redeunt noſtri ad lucem & profiſcuntur.

XII. Neque domi luæ perpetuō ſecuro eſſe datum eſt *Gerardo*. Int̄ fā-  
 mulantes Catholicos vnoAcatholico familiæ Dominus vtebatur plurimum, Famuli ne-  
quitia quæ,  
ritur Gerar-  
dus.  
 vel quoniam ab antiquo ſeruierat, vel quia gnauus erat & vtilis. Hic incertum  
 an heri bonis inhians, an *Gerardo* priuatim iratus (Heri damno periculouè  
 poſthabito) infidias *Gerardo* ſtruere cūm decreuifſet, adit Londini Irenarchā  
*Young*, veterem Catholicorum vexatorem; narrat de tribus pŕcipiuè ædi-  
 bus *Gerardo* familiaribus, vnis Londini, binis turi, quæ tres ad Dominum  
 ſuum, ciuique matrem pertinerent. Mittuntur confeſtim à Senatu Regio  
 mandata: Londini non reperto *Gerardo* (fortè enim *Garnetti* iuſtu migrauerat alio) curritur ad Matrem: abripitur illa in custodiam; filius de via  
 ſiſtitur, & datur in vincula. Tertijs interim in ædibus apud filij coniugem  
*Gerardus* hebdomadæ maioris officia peregerat, famuloque huc vñque à ful-  
 pitione immuni vltro citroque commeanticum literis opportunitas fuit in-  
 dicia ferendi certiora. Altera Paschatis aduolant matutino tempore duo in eo  
 comitatupræcipui Irenarchæ, iunctis duobus domesticarum latebrarum pe-  
 ritis perquisitoribus: Monitus *Gerardus* abdit ſe inter parietes perfugio para-  
 tos: illi clausis in certa cubicula cum Domina famulis, totam pro libitu lu-